

## Advertencias para

9 ¶ Noster Emanuel. To. 1. qq. q. 8 art. 1. asserit in hac constitutione aliqua reuocari à Gregorio. 13. eorum quę contra Cōcilium Tridētinum Pius. 5. Regularibus concesserat. Creditq; Romę publicatam fuisse huiusmodi constitutionem Apostolicam, prout colligitur ex Nauarro in suo Enchiridione. cap. 21. num. 6. Ait enim ipse. s. Nauarro, q̄ tenorem huius cōstitutionis ponet in fine Enchiridionis si publicetur. Vnde cum ipse ponat dictam constitutionem eius promissionem adimplens, clare colligitur q̄ fuit publicata, & sic habet vim legis. Hęc ille. Sed hęc ratio [pace iāti viri dixerim] nihil valet: quia ipse Nauarro in fine cap. 27. antequam Gregorij. 13. constitutionem apponat, ita dicit. Quoniam vero promisimus inferere hic tenorem cuiusdam Bullę. fęl. reco. Pij. 5. & moderationis eorū, de quibus in subiecta Gregor. 13. Bulla, si exiret interea: quę quia non exiuit, solam hanc subijcimus: prout supra etiam promisimus. Ecce quomodo prædictam constitutionem adducit quamuis non exierit, neq; publicata fuerit. Et quidem Doctor Enriquez To. 2. lib. 9. de Missa. ca. 25. num. 9. litera. F. & G. dicit, Gregorium. 13. prædictę. Pij. 5. constitutioni in fauorem Mendican-